

2701

H O M I L E T I C I

2702

tius e Sermone, et potissimum Autoritates PP. Praeter *Wiclef-
fum* impugnatur hic etiam *Tra-
ctatus de Corpore Christi* cujusdam *Stamkonis* (Zdenkonis de La-
bun?) et *Job. Husfi*, unde ne-
cesse est, *Styeknam* nostrum di-
versum esse a *Conrado Styekna* seu
de Steken de Austria, qui celebra-
tur in *Balbini Boh. docta* P. II. p.
181. aut tardius diem obiisse,
quam ibi ducē quidem *Ben. Weit-
miublio* statuatur.

Fol. 139. Tractatus boh. scri-
ptus de Officio permanendi in unio-
ne et obedientia Rom. Ecclesiae.
Idem, qui *Cod. XCIII. n. 15.* re-
latus.

Fol. 152. *Simonis de Tiffnow*
Theologiae Baccalaurei Epistola
boh. scripta, qua docere cona-
tur, varias in Ecclesia Christi mu-
tationes ejusdem Ecclesiae auto-
ritate inductas veritati Fidei non
obesse &c. Initium: *Milost apo-
koy pana boba a sgednanye* &c. Ad
calcem: *Scriptum Anno domini*
1457. Et: *Istam Copiam prage*
*ad sanctum Spiritum in antiqua Ci-
uitate Anno domini 1459. feria 3.*
*ante festum Sancti Thome de A-
quino et illo die etiam est festum*
felicis (et) perpetue prope me-

ridiem finiui. Neque prior *Atinus*
compositae, sed descriptae *Epi-
stolae* esse videtur; nisi dicas *Si-
monem* ad extremam senectutem
peruenisse, qui jam a. 1409. *A-
cademiae Prag.* Rector datus fuit.
Adtigi eum alias, ut *Index* testa-
tur.

Fol. 154. p. 2. Aliud Scri-
ptum bohemicum tacito Autore;
quo ostenditur, *Sacrae Coenae*
sub una specie sumtionem ad salu-
tem sufficere. Incipit: *Wywolen-
ny Zproknox S. David* &c. Ad
calcem: *Copiatum in Milewso fe-
ria 6 in die viti Anno domini 1459*
exeunte Anno Embolismali *Quam-
quam pro intervallo corrente litera*
*dominicali g et fuit Annus mirabi-
lis quia usque festum S. viti sem-
per fuit frigus.* Additur bohemi-
ce et hoc primum tempore Fru-
mentum flores egisse.

Fol. 170. Expositio *Miffae*
pariter sine Autoris nomine, cu-
jus initium: *Dicit apostolus ad eph-
sios VI^o.* *Induite vos armaturam*
dei &c. Inde transitur ad signifi-
cata Vestimentorum sacerdotalium
et demum Actiones Sacrificii fin-
gillatim explanantur adjecta sub
finem succincta Horarum Canoni-
carum notitia, quae terminatur:

Finito libro sit laus et gloria christo.

DCCXXXIV.

818 Codex chartaceus lat. Sec.
XV. Folior. 286. 8. corrente ca-
lamo, non tamen ab uno conscri-
ptus exhibet: I. *Sermones sacros*
in illud *Luc. 16. Factum est au-*

tem ut moreretur Mendicus &c.
seu de poenis Inferni, in Nativi-
tatem Christi, in Epiphaniam,
Purificationem B. V. Assumptio-
nem, Nativitatem.

II. *fol. 50. p. 2.* Incipit tra-
ctatus Magistri Johannis abbatis in

N 2

Hei-

2703

CODICES

2704

Heisterwach qui dicitur Auditorium monachale. Ad petitionem Monachorum quorundam *Cisterciensium*, ut praevis dicitur, ad confessiones audiendas deputatorum conscriptus tribus Partibus absolvitur, quarum Prima de auctoritate seu potestate monachis concessa confessiones audiendi, Secunda de modo et potestate confessos absoluendi, Tertia de modo et qualitate absolutis satisfactionem et penitentiam imponendi tractat. Articulus I. inscribitur et incipit: *De potestate monachi confessiones audiendi persone abbati subiecte.* Primo sciendum est quod si aliquis monachus debeat uel uelit &c. *Johannem* hunc nec in *Biblioth. Cisterc.* nec apud *Fabricium* reperi, neque *Bucelinus* Abbatum *Heisterbac.* Seriem offert, sed *Gallia Christ.* T. III. col. 793. ubi inter tres *Johannes* nihil discernas.

III. fol. 53. p. 2. *Epistola petri damiani ad blancam comitissam que dicitur speculum peccatorum.* Initium: *Fratres mei karissimi anima exiit de corpore sed non sponte sed cum magno certamine &c.* T. III. edit. *Opp. Petri Parisiis* 1642. f. habetur Opusculum numero L. inscriptum *Institutio Monialis ad Blancam Comitissam*, cujus Caput 6. si rem spectes, quodammodo cum praesente sic dicta *Epistola* congruit, sermo tamen prorsus abit.

IV. fol. 57. resumuntur *Sermones* sacri, quos inter non pauci ad *Reuerendissimos* aut *Reuerendos Patres ac Dominos et Fratres in Christo* diriguntur, ut adeo

in *Conventu* quodam *Abbatum*, fortasse capitulari, habitos putem, et quidem *Benedictini* Ordinis, cum *Orator* non semel *Benedictum* compellet *Patrem nostrum* et *Legislatores nostrum*, quamvis et *Cisterciensis* esse possit, cum eodem *Patris nostri* vocabulo etiam *Bernbardum* notet. In priore casu fieri posset, ut *Joh. Tritemium* autorem haberent *Sermones* saltem aliqui in hac *Collectione* contenti.

V. fol. 201. *De quadruplici ordinatione que debet esse in homine.* Opusculum perfectae *Vitae* monasticae normam adumbrat e *Bernardo* et aliis. Quadruplex illa *Ordinatio* est *Considerationis*, *Affectionis*, *Negotiorum* et *Pugnae spiritualis.*

VI. fol. 225. *Incipit Dyalogus vel duellum rationis et conscientie ad communionem editum a reuerendo patre Theologye professore magistro Mattheo.* Adde de *Cracovia* rectius *Crocovia.* Initium: *Multorum tam clericorum quam laycorum querela non est modica &c.* Agit de frequentatione *Sacramenti Altaris*, ut pluribus *Cod. DCXXXVII.* Ad calcem hic *Matthaeus* audit *Magister facultatis Pragensis.*

VII. fol. 251. *Tractatus ἀνεφαλος et ἀτελης* asceticus, cujus C. 2. agit de *vera humilitate*, hoc initio: *Uerum quia defectus proprios cordis oculo contemplanti necesse est vere humiliari &c.* Quae e C. 1. restant, suadent eo de *Cognitione sui ipsius* agi. Ad aliquam *Famulam dei* dirigitur a quodam *Ord.*

2705

HOMILETICI.

2706

Ord. Minorum; legas enim patrem nostrum beatum Franciscum. In C. 6. de passionis memoria deficit.

VIII. fol. 262. Incipit tractatus siue forma sermonum. Initium: *Theologia est scientia pro naturato a naturante ad magnum quid edita.* Vel hinc liquet, quid ab hac facri Oratoris Institutione praestolere. Agit illa de *Sermone, Thematate, Commixtione, Discursu, Ampliacione, Articulatione, Membracione &c.* Fol. 270. tres voces requirit: *tacitam*, quando invocas et concludis, *mediocrem* per totum Sermonem, *altam* in allusionibus &c.

IX. fol. 274. *Copia Latinitatis.* Institutionem oratoriam grammatica excipit, dignum patella operculum. Ejus initium: *Notandum quod diuersa negotia non possunt exprimi nisi per diuersa verba &c.* Plagosi Orbilii commenta, ad quae olim infelix Pueritia sudare et algere coacta fuit. Sub finem ad *Viaticum* et *Poetrium novam* provocatur.

DCCXXXV.

767 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 400. 8. non una manu exaratus continet Apparatum *Homileticum* ad usus quondam saepe memorati *Wenc. Rossii Bohemi Sacerdotis*, qui fol. 45. p. 2. adlevit: *Wenceslaus Rossius scripsit Anno 1560. In nouo Anno. Ordinatus autem fuerat Italiae mudone (Mutinae) 1516.* Initium: *In Aduentu. Hodie incipimus tem-*

pus nouum, quod est aduentus domini &c. Fol. 307. p. 2. legitur: *In die Reliquiarum super Euangelium Sermo, qui incipit: Hodierna dies bobemice uocatur Swatosti (Sanctitates, nobis Heilthümer vel Heilthümer, fed etiam Sacramenta) quia olim in bobemia prage ostendebant diuersis nacionibus Crucem in qua saluator noster pendit, lanceam clauos. Sed hoc non uocantur uera sacramenta, quia sunt res mute, sine anima, non sunt capaces pochopne sanctitatis alicuius. Et ideo nos habemus alia sacramenta meliora utiliora gestnost (essentialia) sacramenta uera noua perfecta que de latere cbristi prodierunt, Scilicet baptismus et eucaristia &c.* Vide, ut Plebi eximat ἀμφιβολίαν τὴν Swatost. Ita vero passim in his *Sermonibus* utentium commodo rebus paullo reconditionibus adpellationes *Bobemicae* adiunguntur.

DCCXXXVI.

Codex chartaceus lat. Sec. 768 XV. Folior. 389. 8. non una manu exaratus continet Apparatum *Homileticum*, ut praecedens, ad eundem *Rossium* olim pertinentem. Initium hic ducitur a *Sermone de Sancto Andrea Apostolo. Hodie celebramus festum sancti Andree apostoli cbristi, de quo canit ecclesia, dilexit dominus Andream &c.* Ad calcem adscriptus est Elenchus eorum, qui a sacra Communione prohibentur, atque hos inter lingua Bohemica: *Swatokupczy*, id est *Simoniaci*, *Swatoku-*